IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



separatur: Quam fortitudinē samson sibi
reddi p̄catur: ut p amissione duoꝝ lumi
num se in phylisteis ulciscatur: Sicelech. &
medemena. & sesenna. iebaoth. & selim.
& emremmon. Sicelech. defecatio uocis di
citur: p quā penitentia exp̄mitur: in qua
uox quasi defecata submittitur. Vnde psal
mista dicit. Afflictus sum & humiliatus
sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei.
Medemena. de oneribus interp̄tatur: quia
p penitentię rugitum. conscientia exone
ratur: sicut iterū psalmista testatur: Dixi.
pnuntiabo aduersum me iniusticiā me
am dn̄o: & tu remisisti impietatē pecca
ti mei. Sesenna. tollens rubrum. uel tēp
tationes dicitur: quo confessio exp̄mitur:
p quam rubor peccati tollitur: & temp
tationū impetus frangitur. Vnde hic
idem iosue achan sorte dep̄henso loquit̄.
Fili da gloriā deo. Hinc etiā salemon horta
tur dicens: Pnima tua non confundaris
dicere uerum. Est enī confusio adducens
peccatū: & est confusio adducens gloriā.
Hinc etiā ieremias ait. Date gloriā dn̄o deo
ur̄o: antequā offendant pedes ur̄i. ad mon
tes caligosos. Iebaoth conspicuus. uel sessio. si
ue exclusio dicitur: quia p confessionem.
homo conspicuus iusticia redditur: pecca
tum excluditur: sessio quietis uel regni ac
quiritur: Selim. auulsio uel dimissio dici
tur: quia p confessionē homo a peccato
auellitur: a uiciis uel hostib̄ dimittitur:
quoꝝ captiuitate constringitur: Inde fi
lius pdigus qui in pastu porcoꝝ fame affi
citur: ad patrē reuertitur: cū confessionis
uotum in corde exsequitur: Emremmon.
mater sublimitatis dicitur: p quā discre
tio exp̄mitur: qua cunctarum uirtutū
acies disponitur: Hanc iacob patriarcha
dū sollicite exsequitur: saluo comitatu
coniugū. paruuloꝝ. & gregum. lętus
ad patrē regreditur: Omnes ciuitates tri
ginta nouem: & uillę earum. Quia trigin
ta nouem p ternariū multiplicantur:
qui numerus scē trinitati asscribitur:
recte p ciuitates triginta nouem. obseq̄
um illud describitur: quo homo. spū. ani
ma. & corpore. conditus. fide. spe. & di
lectione. p uiciū conuersionis. p pfectū
conuersationis. p q effectū pfectionis. uel continentia. oratio
ne. & meditatione. uel cogitationum.
uerboꝝ. & opum. obseruatione. creatici
trinitati obsequitur: Sunt nempe ciuita
tes. ppensiores uirtutum munitiones: sunt
uillę earum. reliquię cogitationū: diem
festum. deo agentium. SEQVITVR.
In campestribus u̅ est haul. & saraa. & ase
na. & alanoe. & engannin. thaffua. & enam.
& ierimoth. adulam. socho. & alecha. &
sarim. adithaim. & gedera. & gitde rotha
im: urbes quindecim. & uillę earū. Ciuita
tes campestres. sunt uirtutū stationes. celestis
regni delectationib̄ pximantes: quarum
istę sunt descriptiones. Haul parcens dicitur:
p quā uoluntaria paupertas exp̄mitur: cui
deum parcere psalmista testatur: Parcet in
quit paupi & inopi: & animas pauperum
saluas faciet. Beati g̅ pauperes spū: quō ip
sorū est regnum celoꝝ. Saraa. carbones. siue
angustia maloꝝ dicitur: p quā mansue
tudo exp̄mitur: que carbonibus temptati
onum incenditur: sed angustia maloꝝ
non uincitur: Beati g̅ mites: quō ipsi possi
debunt terram. Asena fumus dicitur: quo